

tionem, sive Matris excellentissimam dignitatem. Utrinque stupor, utrinque miraculum. Et quod Deus foemina obtemperet, humilitas absque exemplo: et quod Deo foemina principetur, sublimitas sine socio. In laudibus Virginum singulariter canitur, quod sequuntur Agnum quocumque ierit. Quibus ergo laudibus judicas dignam, quae etiam praedita? Disce hominem obtemperare. De autore pulvis obtemperare. De autore tuo loquens Evangelista: Et erat, inquit, subditus illis: haud dubium quin Mariæ et Joseph. Eubdice, superbe cibis: Deus se hominibus subdit, et tu dominasti gentes hominibus, tuo te præponis authori.

## Lectio V.

**S**I hominis, o homo, imitari de dignaris exemplum, certè non erit tibi indignum, sequi autorem tuum. Si non potes forsitan sequi eum, quocumque ierit, dignare vel sequi, quod ibi condescendit. Hoc est, si non potes sublimem incedere semitam Virginitatis, sequere vel Deum per tutissimam viam humilitatis: à cuius rectudine si qui etiam de virginibus deviaverint, ut verum fatentur, nec ipsi sequuntur Agnum quocumque ierit. Sed sancta Maria, cui nec humilitas defuit, nec Virginitas. Et quidem singularis Virginitis, quam non abstulit, sed exulti secunda Virginitas; et incomparabilis prorsus secunditas, quam Virginitas simul comitatur, et humilitas.

## Lectio VI.

**V**ENERAMINI ergo, Conjuges, in carne corruptibili, carnis integritatem. Miramini etiam vos, Sacrae Virgines, in Virgine secunditatem: Imitamini

omnes homines, Dei Matris humilitatem. Honorate, sancti Angeli, adoratis Virginis Prolem, ipsum utique nostrum, ac vestrum Regem, nostri generis reparatorem, vestre civitatis instauratorem. Cujus pud vos tam sublimis, inter nos tam humilis, à vobis pariter, et à nobis detur, et dignitati debita reverentia, et dignationi honor et gloria, in faculta sæculorum. Amen.

## In tertio nocturno.

## Lectio VII.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam: Cap. 2.

**I**N illo tempore: Ut perfecerunt parentes Jesu, omnia secundum legem Domini, reversi sunt in Galilæam, in civitatem suam Nazareth. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrosii Episcopi.

## In Cap. 2. Luc.

**D**EFEREBAT homini Christi filius, deferebat ancillæ. Ipsa enim dicit: Ecce ancilla Domini. Deferebat simulatio Patris: Et miraris, si Deo detulit? An homini deferre pietas est, Deo deferre infirmitas est? Vel ex humanis divina perpende, et quid honoris Patri debeatur agnosce. Pater honorificat Filium: Non vis ut Filius honorificeat Patrem. Pater voce cœlesti in Filio se complacere continetur, non vis ut Filius humana carnis induitus amictu, cum humano loquatur affectu, Patrem dicat esse majorem? Sed cur non accipiam religiosis auribus Filium Patrem in susceptione corporis obedientem, cum religiosè accipiam Patrem Filio deferentem?

## Lectio VIII.

**D**ISCE potius tuæ utilitatis præcepta, et exempla pietatis

agnosce. bus tuis debet Filium non opere, non o si personis sunt. Et ille cœlestis expertus est. doris injuria dium; partu longa fastidi. Quid anxios diorum prof alienis usibus obsequi pendi.

## Lectio sancti

**I**N illo tempore: discipuli qui miseri interrogat reliqua.

Homilia san

**C**UM Christusisset in regiones, qui abfcessit: Hæc